DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO-PHARMACOLOGICA
PERTRACTANS

MURIATEM HYDRARGYRI MITEM
ET
CORROSIVUM,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICI

DOMINI

PRÆSIDIS & DIRECTORIS,

nec non

CLARISSIMORUM ET CELEBERRIMORUM

D. D. PROFESSORUM

pro

Doctoris Medicinae et Chirurgiae Laurea

RITE OBTINENDA

IN CELEBERRIMA

C. R. ACADEMIA JOSEPHINA,

publicae disquisitioni submittit

Mauritius Bach,

Hungarus Pestiensis.



In theses adnexas disputabitur in Palatio Academiae Josephinae die 30. mensis Julii anni MDCCCXLIV.

Vindobonae.

Typis Caroli Ueberreuter.

Non novi quid offerre valemus; verum et collegisse juvabit

Meckel.

PATRI OPTIMO

PRO

INNUMERIS BENEFICIIS

gratissimus Filius.

I.

Murias hydrargyci mitis.

Synon. **Hydrargyrum oxydulatum muriaticum (seu hydrochloricum) Murias (seu hydrochloras) Hydrargyri mitis; Mercurius sublimatus dulcis; Calomelas; Panacea mercurialis; Manna metallorum; Draco mitigatus, Aquila alba, Panchymagogum, minerale, Protochloridum Hydrargyri. Chloretum hydrargyrosum.**

Mercurius dulcis in pluribus mineris nativus occurrit, uti in Hyspania, Karynthia (in den Quecksilberhorn-Erzen).

Oswald, Kroll et **Beguin** primas dedere parationis regulas hujus modicaminis 1609, paraturque tam via pyrochemica quam hydrochemica, quam obrem hodiedum distinguunt pharmacopoeae quaedam Calomelem via pyrochemica et hydrochemica paratam.

Parmacopoea Anstriaca castrensis sequentem praescribit parationis modum: Unciae quatuor hydrargyri

oxydati muriatici, quibus hydrargyri purissimi, unciae tres adduntur terantur in mortario vitreo donec globuli hydrargyri penitus disparuerint, totumque in pulverem mutetur cinereum, qui sublimetur in cucurbita vitrea in balneo arenae. Massa sublimata auferatur ex frigefacto et fracto apparatu et laevigatione in pulverem tenuem redacta atque aqua destillata fervida perfecte edulcata, servetur loco obscuro.

Proprietates. Calomel occurrit in prismatibus quadrilateralibus, quae in pulverem ex flavo-album conteri possunt. Ponderis specifici est 7, 176. sub accessu lucis nigrescit, saporis expers, exigua solum pars in aqua fervida et alcohole solvitur; aqua vero et alcohol frigidum plane nihil solvunt, pari modo et acidis resistit dilutis. Sub intenso caloris gradu dissipatur, quamobrem reiteratae sublimationes huicce praeparato obsunt.

Si calomeli alcalia fixa affunduntur, decomponitur, et hydrargyrum oxydulatum separatur, quod aeque, sulphur, phosphorus, et multa metalla faciunt. Sulphur auratum et Kermes jam per frictionem calomelem decomponunt. Perfectius adhuc haec decompositio insequitur op coctionis cum aqua, ubi Butyrum antimonii et Sulphuretum hydrargyri formantur.

Actio. Mercurius dulcis omnes eximias virtutes praeparati mercurialis in se unitas continet. Vis enim illius antidyscrasica in vitam vegetativam directa, processum liquationis, se- et excretiones, resorptionem, impellens, tam tuto et alacriter palam fit, uti in nullo alio praeparato Hydrargyri. Idcirco quae de agendi modo in genere valent a mercurialibus, calomeli qua prototypo hujus generis pharmacorum convenit. Propter actionem ejus, moderate non tumultuarie insequentem,

praeparatis Hydrargyri mitioribus se associat. Dotes calomelis praeclares, ejus actioni imprimis antiphlogisticae debentur, quae per actionem revulsoriam in tubum intestinalem et systema cholopoëticum suffulcitur — dein actioni resorptionem potenter incitanti, et commoditati, quod Calomele quiscunque gradus actionum mercurialium tutissime impetrari possit. Praecipua calomelis actio in vitam reproductivam est directa, quaquopter primarium actionis effectum, organa plasticitati praecipue dicata experiuntur (hepar, lien, pancreas, glandulae meseraicae) hincve in omnem nutritionem et secretionem redundant. Voce, lympha fluidior redditur et elementis plasticis penurior ejusque impellitur circulus; formationes morbosae, exsudata plastica, effusiones in cava corporis majora liquescunt et per resorptionem vivaciorem in circulum sanguinis reducuntur, ut hinc sollicitata actione organorum se - et excernentium e vivo eliminentur. Incommodi id possidet quod salivationem facilius producat, uti et cachexiam mercurialem, quam reliqua.

Indicationes.

Casus in quibus Calomel indicatur sequentes assignantur

I. Morbi contagiosi:

a) febres exanthematicae contagiosae, ubi effrenis cutis inflammatio moderanda, flos et excretio contagii promovenda, vel metastasis ad organa nobilia praecavenda, quod praecipue valet a scarlatina quae tam frequenter in exsudationes nititur serosas, a morbillis, membranam mucosam, bronchialem, haud raro adgredientibus, a variolis.

b) Syphilis, imprimis in casibus non inveteratis, ulceribus cancrosis recentibus, manifesta.

II. In morbis vegetationis pertinacibus, et dyscrasiis, uti scropulis tam floridis quam et chronicis; ni debilitas eximia organorum digerentium aut totius organismi calomelis contradicat usum. Arthritis et rheumatismus chronicus, imprimis, si syphilide complicati incedunt. Imtpetigines inveteratae. Polyblennia, et morbus verminosus, egregium in calomele agnoscunt remedium.

III. Inflammationes organorum nobilium, quae nisum in exsudationes lymphaticas et serosas ostendunt-quam maxime calomelis exposcunt applicationem, si effrenis impetus systematis haematophori, per evacuationes sanguinis praemissas, jamjam compositus; hinc tam praeclare remedium, in hydrocephalo infantibus toties laetali, in angina membranacea, in tracheitide, in pneumonia, hepatide, peritonititide imprimis puerperali.

IV. Nevroses, quae in metastasi rheumatica, dyscrasica, originem inveniunt, hinc cum labe vegetationis nexum fovent, uti: tetanus et trysmus rheumaticus, hydrophobia, prosopalgia, colica saturnina, et pertussis.

Dosis et forma.

Dosis diversa esse debibit, juxta diversitatem morbi, ejusque decurrendi modum. Morbi, ubi effrenis nisus plasticus cito moderandus, lympha exudata solvi, serumque secretum resorbi debebit, doses singulas cito augendas et per breviora temporis intervalla repetendas exposcunt, ita ut dimidium usque unum granum

omni bihorio consumat aeger, donec maxima morbi vis infracta fuerit. In casibus vero ubi nonnisi solventem volumus effectum, resorptionem et secretionem expeditiorem, minores porrigendae doses ita ut vix ultra j granum et ½ per diem sumatur; usquedum salivatio insequitur ubi pro certo tempore a calomelis usu abstinendum erit. Ad vermes expellendos 6 — 8 gr. requiruntur.

Infantibus tertium aetatis annum jam transgressis calomel eadem qua adultis ratione propinatur; quin imo et majores doses hac aetate perferuntarr

Externe qua pulvis sternutatorius (10 gr.—2 drachm.) dein ad pulveres ophthalmicos, ad inunctiones cum saliva, collyria etc. adhibetur.

Copulatur ratione diversitatis scopi quem intendimus, nunc cum remediis indifferentibus, nunc cum remediis actioni calomelis affinibus, nunc cum talibus quae actionem calomelis restringunt, uti: Pulvere gummoso, liquiritia, amylo, magnesia carbonica, sulfure aurato antimonii, tartaro emetico, jalappa, rheo, moscho opio, camphora, extracto hyoscyami, aconito, digitali, etc.

Caveatur a connubio cum alcaliis puris et carbonicis salibus martis, plumbi, et cupri, acido sulfurico, nitrico, chloro, jodo, hepatibus sulfuris etc.

Methodi aplicationis.

Ex his commemorabo curam mercurialem magnam Weinholdii, in lue venerea inveterata et aliis morbis chronicis; mothodum Eberlingii in syphilide

primaria; et eam Dtris **Lange** ad taeniam expellendam.

Weinhold jubet ut aeger prima die ad vesperas jejuno ventriculo decem grana mercurii dulcis sumat, quibus sumtis jusculum carnis hauriat. Elapsa media hora dosis haecce repetitur, et individuis robustis post idem temporis intervallum tertia dosis, sed ad dimidium restricta porrigitur. Mane aeger aliquot pocula coffeae bibit.

Si hisce dosibus aliquot alvi depositiones non insequuntur pulvis ex: Radic. jalappae, Tart. tartar. āā gr. quindecim, aegro propinatur. Quiete per biduum concessa, quarta tractaminis die prima calomelis dosis repetitur. Septima die, tertia; decima curae die quarta; decima tertia, quinta; decima sexta, sexta; et quiete iterum concessa per quadriduum, 22. curae die cum septima aut octava dosi, tractamini finis imponitur. Quantitas calomelis sumti 160 gr. efficit. Ast post tertiam et quartam dosin alvi depositio tam tarda redditur ut cuilibet portioni 5—6 gr. jalappae addere oporteat. Diaeta consistit in jusculis carnosis et modico vini. Post quartam dosin quoque tenue decoct. coct. peruviani, in genere porrigitur. Licet **Weinhold** curam hanc certe heroicam in affectionibus syphiliticis inveteratis, rheumatismo et arthritide torpidis summis extollat laudibus — nos tamen eam in iis solum casibus aptam censeremus ubi periculum ab organis nobilibus internis, v. g. pseudoplasmata, effusiones morbosae, etc. citissimme amoveri debent.

Eberling praescribit formulam in syphilide primaria sequentem:

Rp. Muriat. hydr. mitis
gr. duo
Sacchari albi *scrup. semis*
M. Fiat pulv. D. signa:
Aufeinmal gleich nach Tisch zu nehmen.

Tertia die dosis calomelis uno gr. augetur (ergo tria gr.): quinta die 4.; sexta die absque, septima 5. gr., et sic porro usque 14. diem vel 18.

Pro victu nonnisi juscula tenuia, oryza, et embammata concedi possunt. (Dr. J. F. Sobernheim Handbuch der praktischen Arzneimittellehre etc. 3. Auflage Seite 318.)

Dr. Lange ad taeniam expellendam sequentia sub hac formula et methodo adhibet.

Rp. Muriat, hydr. mit.
scrup. duos
Pulv. rad. jalapp.
dr. duas
Cassiae cinnam. pulv.
dr. semis
Sacchari albi pulv.
scrup. unum
Muc. gg. tragacanth.
quant. sat.
ut f. trochisci Nr. 160.
consp. pulv. rad. liquirit.
D. Sign. Morgens und Abends 5—8 Stück.

Eodem tempore externe:

Rp. Cerae flav.
dr. tres
leni calore liquefact.
admisce
Emplast. fort.
unc. semis

et sub finem
Camphorae
dr. semis
antea in olei absynth.
Petrolei āā *dr. semis* solutae
f. emplast. D. Signa:
Auf Leder gestrichen über den Unterleib zu appliziren.

Formulae a practicis usitatae.

1. Rp. Hydrarg. mur. mit.
gr. tria
Amyli
dr. semis
Sacchari albi
dr. un. et semis
m. f. pulv. D. Signa:
3 mal täglich 1 Pulv.
(Gegen Syphilis der Säuglinge).
Wendt.

2. Rp. Calomelanos
gr. tria
Magn. carb.
Pulv. gummos.
āā *dr. semis*
m. f. pulv. div. in dos. aequal. Nr. 6,
D. Sign. Früh und Abends 1 Pulver.
(Beim syphilit. Bubo.)

3. Rp. Mercur. dulcis
gran unum
Magist. sulfur.
gr. tria
Sacchari albi
gr. sex
m. f. pulv. pro dosi
D. tales Nr. 6.
Signa: Abends 1 Pulver.
(Gegen Haemorrhoidal-Blennorrhoe)

4. Rp. Calomelanos
Sulf. aurat. antim.
Opii puri
āā *gr. semis*
Rad. scillae recent.
gr. unum
Sacchari albi
gr. duodecim

m. f. pulv. D. tales Nr. 12.
Sign. Früh und Abends 1 Pulver.
(Gegen Brustwassersucht.)

Richter.

5. Rp. Hydrarg. muriat. mit.
Sulf. aurat. antim.
āā *gr. semis*
Sulfat. chinin,
gr. unum
Eleos. macis
gr. decem

m. f. pulv. pro dosi. D. tales Nr. octo.
Sig. Während der fieberfreien Zeit zu verbrauchen.

(Beim hartnäckigen Wechselfieber mit Anschoppung der Unterleibseingeweide.)

6. Rp. Calomelanos
Moschi optimi
gr. octo
Sacchari albi
scrp. quatuor

m. f. p. div. in part. aequal. Nr. 8.
S. Alle 2 Stunden 1 Pulv.
(Gegen Keuchhusten.)

7. Rp. Aquilae albae
gr. duo
Resin. guajaci nativ.
scrup. unum

Pulv. rad. liquirit.
scrup. tres

m. f. pulv. div. in part. aeq. Nr. 4.
S. Alle 3 Stunden 1 Pulv.
(In der Gicht.)

Burdach.

8. Rp. Calomelanos
Aloës
āā *gr. unum*

m. f. pilula. D. tales Nr. 6.
consp. pulv. sem. foeniculi.

Sig. Abends vor dem Schlafengehen 1 Pille.

(Gegen Stuhlverstopfung bei Haemorrhoidal-Kranken.)

Weikard.

9. Rp. Calomelanos
Sulfur, aurat. ant.
Extr. hyoscyami
āā *scrup. unum*
Extr. tarax. liquid.
Pulv. caulium. dulcamar.
āā *dr. unam*

m. f. pilul. gr. duorum
consp. pulv. sem. foenicul.
S. 2 bis 3 mal täglich 1 Pille

(In syphyl. Gicht.)

Alibert.

10. Rp. Mercur. dulcis
dr. unam
Extr. anonit
dr. semis
Resin. guajaci
unc tres

Essent lignorum
quant. sat.

ut f. pilul. pond. gr. trium
S. 2 Mal täglich 3 — 4 Pillen

(In der Lustseuche).

Stoll.

11. Rp. Asa foetid.
dr. unam
Gummi arab.
Calomelanos
Semin. sabadillae
āā *gr. decem*
Melis. despumat.
quant. sat.

ut f. pilul. pond. gr. duorum.
Sign. Die eine Hälfte der Pillen Abends die andere Hälfte des andern Tages früh zu nehmen.

(In der Wurmsucht zumal mit nervösen Erscheinungen.)

Kämpf.

II.

Murias hydrarygri corrosivus.

Synon. Hydargyrum murtaticum corrosivum: Hydrochloras hydrargyricus corrosivus; chloruretum hydrargyricum; Perchloridum hydrargyri; sublimatus corrosivus, Chinensibus jam pridem notus in Europa saeculo octavo primum a Geber paratus; ejus paratio nunc vero solita a Kunkel anno 1700 primo promulgata.

Pharmacopoea Austriaca, sequentem praescribit parationis modum: Partes anaticae (unc. quatuor) hydrargyri puri et acidi sulfur. diluti ex cucurbita vitrea in balneo arenae usque ad siccitatem destillantur. Massa residua in pulverem redacta cum quinque unciis salis culinaris perfecte siccatis intime miscetur, et mixtum in retorta vitrea, eo usque sublimationi committitur donec nihil amplius ascendit. E fracta et refrigerata retorta sublimatus corrosivus eximitur; sal Glauberi vero fundo vasis adhaerens abjicitur.

Proprietates.

Chloridum hydrargyri massam refert albam, pellucidam, ponderosam, crystallinam, vel vero in crystallis occurrit albis, acuiformibus vel compressis quadrilateralibus in aëre persistentibus. Pondus specificum habet 5, 14, saporis acris summe nauseosi diu remanentis metallici, sub temperatura altiori liquescit et dissipatur quin decomponatur. Sub temperatura media ejus jam contingit evaporatio. In partibus aquae frigidae 16. et 3. fervidae solubilis, in 2 1/3 partibus frigidi et 1 1/3 partibus alcoholis fervidi et in 3 partibus aetheris fervidi solubilis. Ejus solubilitas in duobus ultimis fluidis addita camphora, et solubilitas in aqua addito sale aliquo muriatico valde augetur. Solutio lacmum rubro tingit colore. Ab acido nitrico et muriatico facilius quam aqua solvitur, per alcalia fixa et carbonica ejus solutio decomponitur; et oxydum hydrargyri aurantiacum praecipitatur. Phosphorus et multa metalla sublimatum mediante calore decomponunt. Gas hydrocyanicum in parva quantitate album in majori vero nigrum causat praecipitatum. et multis substantiis organicis uti gummi, saccharo, farina, extractis, oleis, resinis etc. lente de-

componitur; praecipue sub accessu lucis, quae sola jam ex solutione aquosa calomelem praecipitare facit. Ejus puritas palam fit, primo eo quod perfecte avolet temperatura majori, secundo ex perfecta solubilitate in tribus partibus alcoholis fortis.

Actio et indicationes.

Mercurius corrosivus inter remedia heroica in penu pharmacorum principatum obtinet eo, quod vis corrosiva hic summum attingit culmen. Jam exiguis dosibus turbas digestionis, nauseam, sensum ustionis in ventriculo, vomitum, diarrhoeam cruentam, causat. Aliquantulum dosi sumtus majori, aut usu protracto, irritatio etiam ad membranas mucosas viarum respirationis et uropoëticarum propagatur. Hinc disponoea, sputa cruenta, tussis sicca, stranguria et ischuria; quin imo mictus cruentus oriuntur. Sub influxu hujus irritationis chronica inflammatio tubi intestinalis, et viarum respirationis oriuntur, quae saepe in indurationem, ulcerationem transit; eodemque tempore potentia nocens in systemate nervoso per debilitatem sensuum externorum et affectiones paraliticas se manifestat.

Doses majores (i. e. pauca grana) majori intensitate quam ipsum arsenicum omni in casu gastro-enteritidem celerrime in gangraenam nitentem mortem que tristem, pedissequam habent; si intoxicati orci faucibus per remedia apta erepti sunt, lubenter tamen hydrops, paralyses, etc. remanent. Hicce effectus insequuntur, a mercurio corrosivo, sive forma vaporis, sive per vulnus, ulcus, aut in ventriculum deferatur, aut in massam sanguinis per venas injiciatur.

Sub debita vero cautela aptis in casibus porrectus remedium prabet certe summe praestans quod organisationem ad substantiam usque ossium, membranarum fibrosarum, vaginarum nervorum, profunde penetrans, alterationem totius vitae vegetativae inducit; quin resolutionem, et cachexiam mercurialem tam rapide inducat quam calomel; hinc adhuc in hisce casibus syphilidis applicationem invenit, ubi putrida vel scorbutica humorum dyscrasia usum aliorum mercurialium prohibet. In glandulas salivales rarius et tardius agit alvusque diarrhoica non tam facile insequitur, ac sub usu calomelis. Eo quod diaphoretice et diurectice agat explicari potest, ut affectiones rheumatico-arthriticae inveteratae et morbi cutanei, in sublimato corrosivo non indifferens agnoscant, medicamen.

Ut benignae actiones hujus remedii impetrari possint, relationes individuales et rita diagnosis casus praesentis stricte erui debent. Hinc (a) individua digestione labefactata et morbosa receptivitate organorum digerentium notata, in aetate senili; subjecta tenera, constitutionis erethisticae cum nimia agilitate systematis sanguiferi et nervosi; hinc organisationes infantiles et femineae, hysterica et hypochondriaca, ad phthisim disposita individua, applicationem sublimati corrosivi non admittunt. Qua momentum contraindicans porro consideratur inflammatio organi cujusdam interni, propensio in menstruationem profusam, et juxta nonnullos, quibus tamen Kluge contradicit, graviditas. Optime conducit hoc remedium hominibus debite nutritis torpidis, phlemagticis.

(b) Casus in quibus locum invenit, sequentes censentur:

1. Morbi vegetationis pertinaces, profunde organisationi, systemati fibroso, osseo et nervoso inhaerentes, in specie:

α.) Syphilis inveterata in systematibus adlatis radicata cum devastantibus ulceribus cavi oris, nasus, et faucium, tophis, exostosibus cum degeneratione neurilematis, quae doloribus nocturnis et paralysibus juncta incedit.

β.) Affectiones rheumatico-arthriticae inveteratae cum formatione concrementorum, articulorum tumore, contracturis manifesta, imprimis syphilide complicatae.

γ.) Impetigines chronicae inveteratae, mala herpetica, psorica, scrophulosa, syphilitica.

2. Neuralgiae, intensa cephalaea, et prosopalgia, paralyses, quibus dyscrasicae specificae, depositiones metastasicae, degenerationes materiales (meningis, cranii, etc.) subjacent. Praesertim amaurosis, si comes aut effectus sit affectionis chronicae rheumatico-arthriticae aut syphiliticae.

Per applicationem corrosivi externam effectus aut universalis aut topicus impetrari potest. Forma, balnei, unguenti, etc. eandem exserit actionem, quam interne propinatus. — Scopo actionis topicae applicatur: 1. Praesentibus ulceribus torpidis callosis, syphiliticis, aut aliis phagedaenicis. 2. In chronicis exanthematibus ab ephelide usque ad herpetem malignum et lepram. 3. In blennorrhoeis specificis urethrae, vaginae etc. in stadio atoniae. 4. In ophthalmia chronica, maculis, ulceribus, degenerationibus corneae.

Dosis et forma.

Interne: $1/16$ — $1/8$ gr. caute ascendendo ad $1/4$ — $1/2$ gr. semel aut bis de die, optime elapsa post prandium hora, nunquam vero jejuno ventriculo. In genere adfirmari nequit quousque praecise et absque detrimento aegri dosis augeri possit.

Nam plurimae formulae, in quibus Corrosivus propinari solet, plurimum chemicos continebant errores, ita ut initio exiguae doses sublimati, tardius vero majores — calomelis propinabantur. — Optime praescribitur forma pilularum, quo scopo in sufficienti quantitate vehiculi cujusdam solvitur, deinque talibus copulatur remediis constituentibus quae sublimatum minime decomponunt. Ut corrosivus solvatur optime seligitur. aqua destillata aut aether.

Qua copula optime inservit, saccharum, gummi aut mucilago seminum cydoniorum, et mica panis albi, (quamvis de hac ultima Taddeus asserat quod ob contentum amylum corrosivus in calomelem mutetur). Parvae quantitates extractorum, guajaci, opii, aconiti, quae sublimatum lente nonnisi decomponunt, ob peculiares fines therapeuticos in copulam trahuntur. Imprimis lubenter jungitur opio ad arcendos aut moderandos influxus nociferos in organa digestionis. In omni tamen casu pilulae praescriptae brevi nonnisi inserviant tempori et retineantur loco sicco et obscuro; nam per solum jam accessum lucis ansa decompositioni praebetur. Cor-

rosivus quoque in solutione et non inepte propinatur, et quidem optime in aqua destillata in cujus quatuor aut sex unciis, granum Sublimati solvitur. Quantitas tota externe in vitro per sex strias in tot dividitur partes, cujus unam aut duas aegro sumendae ordinantur. Consumta hac quantitate paulatim ultima dosis cum dimidio aut integro grano augetur.

Solutiones aethereae vel spirituosae praeferentiam prae aquosas non merentur; nam determiatio dosis partialis ad guttas tam praecise fieri nequit quam ea cochleatim ordinata.

Externe corrosivus multiplici inservit usui:

Primo: Qua causticum in pulvere (ad ulcera putrida, canceratica; ast, rarius).

Secundo: Pro lotionibus. Consuetim unum usque duo grana sumuntur ad unciam aquae e. g. Henser jubet ut 10 gr. Sublimati cum 2. drach. salis ammoniaci in 6 unc. aquae pectori illinuntur in casibus fatalibus miliarium regressorum. Bateman in prurigine pudendi muliebris 2 usque 3 gr. in uncia aquae calcis solvit. Pro deligatione vulnerum ½ gr. usque 2. ad unciam aquae sumuntur. Ad illiniendas excrescentias solutiones multo fortiores sumuntur e. g. juxta Walterum scrupulus usque ½ drach. ad unc. spiritus vini rectificati sumitur; ast monendum quod et externa applicatio corrosivi praecipue laesa cute, vel in membranis mucosis, non omnis sit periculi expers.

Tertio: Pro injectionibus e. g. in urethram $1/2$—2 gr. ad unciam aquae sumitur; illae in vaginam modicum sint fortiores.

Quarto: Pro balneis; et quidem universalibus 2 drachm. quae successive ad uncias usque duas augentur, in sufficiente quantitate aquae fontis solvuntur, balneoque infunduntur.

Pro semicupiis et pediluviis scrupulus usque $1/2$ drachm. Sublimati balneo infunditur,

Quinto: Pro gargarismate 3—6 gr. ad uncias sex usque libram aquae (cavendum tamen a deglutitione; in plurimis tamen casibus additis mucosis aut melle, deglutita quantitas nulla post se ducit pericula; scopo illinitionis (Pinselsaft) in aphtas 2—6 gr. sumuntur.

Sexto: Pro collyriis 1 gr. ad 4 sumitur uncias aquae, optimum vehiculum praebat aqua destillata cum aliquantulo gummi mimosae.

Septimo: Pro unguentis scrupulus ad unciam sumitur pinguedinis.

Corrosivus applicationem quoque invenit, dum saturatam ejus solutionem in cremato forti eo ut integra cadavera vel solum partes quasdam a putredine arceamus, et sicce asservandas in usum trahimus.

Methodi applicationis.

Ex his hic loci memorasse sufficiat tractamen Dzondii et balnea Wedekindii.

Dzondi sub sequenti modificatione Corrosivum praescribit:

Rp. Mercur. subl. corros.
gr. tria
sol. in aqu. destill.
suff. quant.
adde:
Micae panis
Sacchari albi
āā *dr. unam*
M. f. massa pil. ex qua form. pil. Nr. 60.
S. Mit 4 anzufangen, einen Tag aussetzen und jeden 2. Tag mit 2 zu steigen bis auf 30.

Dosis ultima semel aut bis repetitur usque ad axstinctionem morbi.

Praegressa cura praeparatoria cum pilulis incipitur quo usque 4, 6—8 pilulae sumuntur aeger caute indutus coelo sereno ad meridiem ambulare potest, lectum ad vesperas petat; mane vero tarde surgat. Alvi obstructio non saltem non evitetur; sed etiam omni secunda die (dum nempe absque pilulis manet) Clysma applicetur, aut eccoproticum sumatur. Insuper ordinatur qua remedium curam, suffulciendo Decoctum Sassaparillae, aut specierum lignorum. Diaeta sit restricta ad

juscula tenuia et carnem digestionem minime molestantem eamque minimis portionibus comissam. Caro anserina et alia hujus generis, cibi farinosi lactei et spirituosa vitentur. Caveat aeger a refrigerio, et mala tempestate, cubile non deserat, cujus temperatura hyeme sit 16—18gr. Réaumur.

Wedekind, duas drachmas — unciam solvit in balneo 25° R. universali, in quo aeger moretur per ½ horae usque integram, de aestate mane, hyeme vero vesperi; apparente prurigine et rubedine cutis, a' balneis pro aliquot diebus secedendum. — Wedekind optimum vidit effectum ab his balneis, in affectionibus rheumaticis, arthriticis inveteratis in Scrophulis Rhachitide, et tumore genu albo. — Baume primo pediluvia in usum traxit, jussit nempe aegrum per duas horas pedibus immersis sedere; in balneo hocce talis erat proportio Corrosivi ad aquam, ut in qualibet media ½ granum solutum fuerit.

Formulae usitatae.

I. Solutiones.

Rp. Merc. subl corros.
gr. unum
solve in
Aquae destill. simpl
unc. quatuor

M. S. Früh und Abends einen Kaffeelöffel in Gerstendecoct.

Rp. Merc. subl. corros.
granum
Pulv. gumi arab.
dr. tres
Aquae destill
unc. sex
Tinct. thebaic.
scrup.

M. S. Früh und Abends ein Esslöffel.

Gegen Amaurose.

Wedemayr.

Rp. Merc. subl. corros.
gr. quatuor
Tinct. thebaic.
drachm.
Syrup. cort. aurant.
unc duas
Aquae commun. destill.
unc sex.
Aquae Cinnamoni
unc duas.

M. S. Früh und Abends einen Esslöffel.

In der Lustseuche besonders mit unreinen Geschwüren Exostosen, Caries.

Hoven.

Pilulae.

Rp. Muriat hydr. corros.
gr. unum
solve in
Aquae destill. s. q.

Micae panis albi
Sacch. albi

āā *dr. semis*

M. f. pil. Nr. 32. S. Früh und Abends 1 — 2 St. und allmälig steigen.

Hartman.

Rp. Hydr. muriat. corros.

gr. sex.

solve in

Aquae com. dest. suff. q.
Micae panis albi
Sacch. albi

āā *quant. suff.*

ut fiant pil. Nr. 180. pulv. liquirit. consp.

Dt. Früh und Abends 3—6 Stück.

Hufeland.

Rp. Hydr. muriat. corros.

gr. duo

solve in

Aquae destill. suff. q.

adde

Opii purissimi

gr. quatuor.

Camphor.

gr. octo

Sacch. albi

dr. semis

Micae panis

quant. suff.

ut fiant pil. Nr. 40.

Signa Früh und Abends 3—5 Pillen.

Bei syphilit. Geschwüren und hartnäckigem Hautausschl.

Idem.

Lotiones.

Rp. Hydr. muriat. corros.
Viridis aëris
āā gr. sex
Aqua font.
libr. duas

M. D. Waschwasser. In tinea.

Desault.

Rp. Muriat. hydr. corros.
gr. tredecim
Aloës optim.
drach. tres
Opii purissimi
gr. decem
Aqua calcis
unc. sex
Mellis rosar.
unc. semis

M. D. Waschwasser bei schmerzhaften syphilitischen Geschwüren.

Vogel.

Rp. Hydrarg. muriat. oxydati
gr. quatuor
Aceti saturni
scrup. semis
Vitriol. albi
scrup. unum

Aquae destill.
unc. quatuor

M. S. Waschwasser. (Gegen das Haemorrhoidaljucken und das Jucken der Geschlechtstheile).

Wendt.

Liquor causticus.

Rp. Mercur. sublim. corros.
scrup. unum
Ferri sulfur.
scrup. duas
Spirit. vini rectificatissimi
unc. tres

M. S. ein bis zweimal täglich die Excrescenzen damit zu betupfen.

Rp. Hydrarg. muriat. corros.
dr. unam
Camphor.
dr. semis
solve in
Spiritus Vini rectificatissmi
unc. unam

M. S. Wie die vorige Auflösung zu gebrauchen. (Gegen Condilomata lata).

Freiberg.

Injectiones.

Rp. Hydrarg. muriat. corros.
gr. duo — tria

Extract. Opii aquos.
scrup. duos
solve in
Aquae com. destill.
unc. quinque
Mucilag. semin. cydonior.
unc. una
M. Sig. Zum Einspritzen.
(Bei syphilitischer Gonorrhoe.)
Richter.

Gargarisma.

Rp. Hydrarg. mur. corros.
gr. sex
solve in
Aquae destill.
unc. quinque
Tinct. Opii simpl.
dr. duas
Mellis rosat.
dr. sex
M. S. Gurgelwasser.
(Gegen syphilitische Rachengeschwüre.)
Idem.


Collyrium.

Rp. Merc. subl. corros.
gr. unum
Opii colati
gr. octo
solve in
Aquae rosar.
unc. quatuor

addo:

Mucilag. tragacanth.
unc. semis
M. S. Augenwasser.
(Gegen Nebelflecken der Hornhaut.)

Hecker.



Theses defendendae.

I.

Tutius remedium hydrargyro in lue venerea adhuc non noscimus.

II.

Quae theoretica jubentur, a praxi saepe vetantur.

III.

Foeminam gravidam quamvis symptomata prodat morbosa, aegram vix semper habeas.

IV.

Morbum curabo, nomen nescio.

Sydenham

V.

Ut valet oculus, sic et homo.

Stoll Aphorim.

VI.

Minor amputationum in nosodochiis numerus praestans progressus chirurgiae specimen.

VII.

Non datur venenum, in manu medici periti uti et

VIII.

Plurima medicamina sub certis circumstantiis veneni adinstar agere possunt.

IX.

Dolor benignum naturae donum.

X

Hysteria lapis lydius patientiae medicorum.

XI.

Consortium amicorum optimum hypochondriasis remedium.

XII.

Nostalgiae frequentia, crescente cultura, decrescit.

XIII.

Omnes infantes boni nascuntur.

XIV.

Non datur signum graviditatis physiognomicum.

XV.

In partu ancipiti valet: parce tamen matri proli ni parcere possis.

